



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter arrhē in signum seu pignus matrimonij contrahendi concedi ab  
sponsis possint. §. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

P V N C T V M XII.  
De arrhis in contractu sponsalium  
appositis.

**M**ultipliciter arrhae sumuntur: primò pro ipsiusmet sponsalibus, ita ut sponsalia ipsa arrhas iuriis Doctores appellant, leg. 1. Cod. si nuptia ex rescripto potantur. Et tit. de sponsalib. in Cod. Theodosiano, in quo hic stat titulus. Si prouinciae Rector, vel ad eum pertinentes sponsalia dederunt. Secundò & magis proprie vocatur arrha quod ab sposo sponsa, vel è contra datur in signum, & pignus matrimonij promissi contrahendi. leg. 3. & leg. fin. Cod. de sponsalib. Tertiò sumuntur arrha pro donatione facta ab sposo sponsa in remuneracionem pudicitia, nobilitatis, vel doxis sponsa, quācumque sponsa lucratu matrimonio soluto, in quo maximè differt ab antiqua donatione propter nuptias, que dissoluto matrimonio redibat ad viuum donantem, sicut ab uxore viro tradita redeuit uxori soluto matrimonio. cap. fin. de donatione viri vir. & virorum. At predictæ donationes, que iam in defuendinem venit, teste Anton. Gomez leg. 12. Iauri. num. 11. successit hæc arrharum donatio, ut habetur expressè leg. 1. in fine, tit. 11. pars 4. ibi: Et al donatione como est dicens en Espana propriamente arrhas. De prima arrharum acceptio, vptore minus propria nihil est dicendum. De secunda acceptione primò agimus, & postmodum de tercia.

## S. I.

Qualiter arrhae in signum, seu pignus matrimonij contrahendi concedi ab sponsis possint?

1. Explicatur natura arrharum, & quare in contractu sponsalium permittantur.
2. Arrha necessario debent tradi.
3. Qualiter probatores esse traditæ.
4. Negant plures confitunt posse in quavis quantitate. Alij censent excedere non debere quantitatem doxis.
5. Verior est sententia affirmans in quavis quantitate posse concedi spectata iure communis.
6. Constitui possunt in specie, & non necessario in quantitate numerata, et si aliqui concurvare censemunt.
7. Negant plures utrumque constitui arrhas posse.
8. Verius est oppositum.

**I.** **E**s ista natura arrharum, que conceduntur in signum, seu pignus matrimonij contrahendi, ut fidei violator eas amittat leg. arrhas, & leg. fin. Cod. de sponsalib. & leg. regia. 1. tit. 11. part. 4. & leg. 8. 4. tit. 18. part. 3. & pluribus firmat Cobarub. de sponsalib. 2. pars. cap. 7. num. 6. Congruentia autem, quare à iure permittuntur arrha amittendæ, non verò secundum communem sententiam pena sponsalibus adiecta, cum haec arrhatum amissio quedam pena sit, ea est praecipua; quia arrhae vptore necessariò statim tradendæ in exigua quantitate, & matura deliberatione solent concedi. Scilicet vero pena, quæ quia non tradit, sed tradenda promittitur facile, & incaute, & in magna quantitate offeruntur, quippe faciles sunt homines ad promittendum, difficiles ad tradendum. Accedit quod regulariter amissio arrharum minus impedit libertatem, quam pena promissa, non solum quia in minori quantitate constituitur, sed quia minor subest timor amittendi arrhas vptore iam traditas, quam amittendi penam, quæ nondum tradita est.

2. Ex his fit arrhas in predicta significacione sumptas necessariò tradendas esse, alias à pura pena non diffirent, ut expressè habeant in leg. maior, & leg. arrhas, & leg. fin. Cod. de sponsalib. & § item lapilli, insit. de rerum divisione, & leg. regia 8. 4. tit. 18. part. 3. ibi: los quales maraudis pararon à seu poder, et otorgo que era pagado dellos, et tradit Cobarub. de sponsalib. 2. pars. cap. 7. num. 7. & 9. Anton. Gom. leg. 10. Tauri. Thomas Sanch. lib. 1. disp. 35. num. 3. Gutierrez de marie cap. 18. num. 3. Coninch. disp. 22. art. 3. num. 1. Pofsent autem arrhae promitti, & loco illarum pignus aquivalens dativus colliguntur ex his que tradit Sanch. disp. 8. num. 4. Coninch. supra, quia ratione pignoris aquivalentes censentur arrhae traditæ.

3. Et licet immota in leg. Titia in princ. num. 7. & ibi Angel. num. 1. Paul. num. 4. de Verbor. obligation. sententia arrhas non probari recipiens confessione vptore per sona suscepit, & de re prohibita, argum. leg. qui testamentum. ff. de probationib. Verius tamen est confessioni recipientis standum esse, dum contrarium non probatur, argumen. leg. Publ. §. fin. ff. depositi, quia arrhae cum de facto traduntur prohibite non sunt; ac proinde recipiens in eorum confessione suspectus esse non debet, ut bene Bart. in dicta leg. Titia. num. 7. Cobarub. 4. decret. 2. pars. cap. 3. §. 7. n. 10. Matricero. lib. 5. recop. titul. 2. Rubr. gloss. 2. num. 3. Sanch. alii relatis disp. 3. 5. num. 5. Gutierrez. de matr. cap. 18. num. 5. Quod si vtrique pars arrhas fatetur, affirmant Bart. & Cobarub. esse maximam fraudis presumptionem, sed mentio eos reprobat Gutierrez.

dicto num. 5. eo quod vtile per inutile non vitiatur, iuxta regulam iuris, & quia arrhae recipi non possunt, nisi tradantur. Ergo confessio tradentis fraudis presumptionem inducere non potest. His positis.

4. Triplex est quæstio. Prima an arrhae constituvi possint in quavis quantitate? Negant Iohann. Andr. in cap. gemma de sponsalib. num. 9. & ibi Abbas num. 8. Henricus in fine. Alexand. de Nevo num. 15. Cyprius in dicta leg. Titia in princ. ff. Verbor. oblig. Rosella verbo sponsalib. n. 7. & ibi Angel. n. 12. Sylvest. quæst. 9. dicto 2. Brunel. de sponsalib. consil. 16. num. 4. Mouentur quia id est conceduntur arrhae, & reprobat pena sponsalibus appositis; quia arrhae non censentur minorem libertatem, ut plerunque in exigua quantitate conceduntur. Scilicet vero pena quæ quia promissæ est, & non tradita in magna quantitate praemittitur, ac proinde libertatem contrahendi matrimonij impedit. Si autem arrhae in quavis quantitate, permituntur, celsiæ predicta ratio legis, & libertatem matrimonij æquæ ac pena diminuit. Non igit concedendæ sunt in tam magna quantitate, ut considerata conditione contractionis impediatur corum libertatem in matrimonio contrahendo.

5. Alij vero scilicet Batt. in dicta leg. Titia in princ. num. 5. & ibi Alciat. num. 13. Salicet. in dicta leg. fin. num. 1. Cod. de sponsalib. Anton. in dicto cap. gemma num. 8. Suarez lib. 3. fori. tit. de las arrhas leg. 1. initio. Anton. Cuchus lib. 5. init. maior. tit. 12. num. 20. & legg. censent arrharum quantitatem excedere non debere quantitatibus doxis, vel donationis proprie nuptias, & iis celsiæbus quantitatibus praecipiunt à leg. iuvemus ff. de Repudii; scilicet tertiam honorum partem. Mouentur, quia dissoluebatur matrimonium contractum apud Romanos tantum amittebat doxem, ergo æquum non est ob dissolutionem sponsalium, que sunt in modis momenti maiorum quantitatibus amitti.

6. Nihilominus verior est sententia affirmans arrhas pignora matrimonij contrahendi in quavis quantitate concedi posse; quia leges permittentes predictas arrhas inditiae. & ab eis villa limitatione loquuntur; quapropter eis in eis militaret eadem ratio ac in pena, non obinde eis extendenda dissolitio pena sponsalibus apposita ad arrhas, quia leges restrictivæ, & odiose ex sola identitate rationis ad similes causas non extenduntur, vti latius dixi tract. de leg. disp. 4. pars. 3. §. 4. vbi de legum interpretatione. Præterquam quod in predictis est dispar ratio, nam arrhae raro continguntur in magna quantitate, & plerunque in exigua. Ex alia parte arrhae vptore traditæ facilius, & suauius amittuntur, pena difficultus. Et ex his solam est fundamentum primæ sententie. Ad fundatum secundæ sententie, nego esse contraria, quod ex sponsalibus dissolutione dependatur major quantitas, quam olim ex dissolutione matrimonij, quia quantitas quæ olim ex dissolutione matrimonij amittitur erat pura pena à lege prescripta, id est donor; at haec arrharum quantitas quæ ex sponsalibus violatione perdidit à propria voluntate concedentis arrhas oritur habet.

7. Secunda quæstio: an arrhae pignora constituvi possint in specie ut in fundo, vel necessariò contingenda sunt in quantitate numerata? Afferunt necessariò constituendas esse in quantitate numerata Batt. in dicta leg. Titia. in princ. cimico. & Anton. de Barrio in dicto cap. gemma num. 8. & ibi Anchast. num. 10. Abbas num. 8. Alexand. de Nevo. num. 16. Rosella verbo. sponsalib. num. 7. Brunell. de sponsalib. consil. 1. num. 3. Suarez leg. 1. in princ. tit. de las arrhas lib. 3. fori, eo quod in specie neque tradi convenienter possint, nec duplicari ab accipiente propter seipsum necessariolum est. Oppositum tamen verius. & recipiuntur est constituvi arrhas posse in specie. Nam eis in leg. fin. Cod. de sponsalib. tantum sic mentis arrham in quantitate; at nulla lege arrhae in specie constituta repabantur. Quinimo in leg. 8. 4. tit. 1. 8. part. 3. permituntur. Neque verius est tradi non posse datum possessionem, potest visus tradi vel verè, & realiter, vel etiam fictè per clausulum constitutissi, sicut traditum in contractu emptionis, & venditionis; potest etiam duplicari si non in eadem specie, sicut in estimatione. Atque ita tenent alios referentes Coban. de sponsalib. 2. p. cap. 3. §. 7. num. 7. Gregor. Lopez dicta leg. 8. 4. in gloss. verbo. taluens Anton. Cuchus lib. 5. init. moral. tit. 12. n. 203. & 207. Matricero in Rab. tit. 2. gloss. 2. num. 2. lib. 5. compilat. Azbedo leg. 2. eiusdem tit. num. 6. Sanch. disp. 3. num. 12. Gutierrez de marie cap. 18. num. 7.

8. Tertia quæstio, an vtrique arrhae pignora constituvi possint. Communis sententia teste Sanch. disp. 3. 5. num. 5. negat eo quod haec arrharum mutua traditio videatur superflua. Superfluum enim est aliquid dare, et tantum recipiatur argum. leg. qui sic 5. ff. de solutionib. ibi: non alienatur numba qui sic datur, ut recipiantur. Atque ita docet Batt. leg. Titia. num. 9. ff. de verbor. obligat. Anton. cap. gemma de sponsalib. num. 8. vbi Abbas num. 8. Alexand. de Nevo. num. 3. 5. Præpositus dicens communem num. 10. Rosella verbo. sponsalib. num. 7. Angel. num. 1. Sylvest. quæst. 9. dicto 1. Villalob.

## Disputatio I.

### Punct. XII. §. 11.

21

in communibus, litt. Panum. Brunell. de sponsalib. concl. 26. num. 3. Matienzo lib. 5. recipil. tit. 2. Rub. gloss. 2. num. 3. quos omnes refert Sanch. & affirmat esse communem, & valde probabilem sententiam.

9. Nihilominus verior, & probabilior est contraria sententia, quam defendunt alii relatis Cobarub. dictio §. 7. num. 7. & 8. Gregor. Lopez dicta leg. 8. 4. tit. 1. 8. verbo tal vña per texrum ibi Sanch. dicta disp. 4. 5. num. 14. Gutierrez. de mar. esp. 18. num. 8. Coninch. disp. 2. dub. 1. 3. num. 15. Basili. Ponce lib. 12. cap. 19. in princ. Ratio est, partim quia leges mutuam artharum traditionem non reprobat, partim quia haec mutua artharum traditio utilis est, siquidem violans fidem perdit arrhas datas, & restituit acceptas, alio recuperante a fe datas, & retinente acceptas. Et haec ratio probat, cetero arrhae in eadem specie, & quantitate virimque constituantur. Neque lex Quis sic, contrarium probat: loquitur namque de alienatione in qua tantum recipitur absque obligatione reddendis illud.

### §. II.

Cui competant arrhae pignora matrimonij contrahendi?

1. Prædictæ arrhae pignora matrimonio contracto reddenda sunt concedenti.
2. Panum dupli, vel quadrupli adiectionem arrharum traditionis aliquibus placet spectato iure communi exclusam esse.
3. Verius est oppostum.
4. Hisparia non debetur ante iudicis sententiam.
5. Progenitor obiectio, & solvitur.

1. Cum prædictæ arrhae traditæ sint in signa, & pignora matrimonij contrahendi, contracto matrimonio reddende necessariæ sunt ei qui eas concessit ex leg. fin. Cod. de sponsalib. quia iam rationem pignoris, & signi matrimonij contrahendi habere non possunt. At si matrimonium ob culpmam arrhas non contrahatur, eas amittit, si vero ob culpmam recipientis, neque tradientis arrhas matrimonium tenuerit, tenerit arrhas & tantum de arrhas astimantur ei proprio patrimonio reddere cetero a quo arrhas accepit, vii habetur in dicta leg. fin. & merito id statutum est, ne arrhas concedens subiret periculum illas amittendi iniustè resiliens, nullum subeunte qui eas recipit, nec tradidit. A qua lege, & dispositione excipiuntur minores 2. 5. annorum qui veniam statim non impetrarunt; iij enim si arrhas non tradiderunt, sed recuperent, faciuntur, si reddant receptas, neque tenor tantum reddere. Et idem est si eorum nomine parentes, vel tutores recipientes promittendis matrimonium, secus hispilmet parentibus, vel tutoribus concedentibus, ipso nomine proprio ad matrimonium obligantur, et namque casu obligati essent arrhas restituere, & tantum de arrhas astimantur, si per ipsos fuerit quomodo matrimonium non contraheretur. Secus si ob culpmam filiorum, ut bene alii relatis docuit Sanch. disputat. 5. in fine. Egid. disputat. 2. dub. 3. num. 17. Basili. Ponce lib. 12. cap. 19. num. 4. Praeterea in dicta leg. fin. permisum est contrahentibus nisi minores sint inter se conuenire non solùm de restitutione arrharum, sed reddendo duplum, vel tripulum ultra arrhas, & in his fere omnes Doctores conueniuerunt.

2. Duplex tamen est difficultas. Prima an haec pena dupli, vel quadrupli adiectione arrharum traditioni, habeat locum factio iure cononicum? Ratio dubitandi est, quia in cap. ymas de sponsalibus, reprobatur obligatio de pena solvenda sponsalibus adiecta. At haec solutio dupli, vel quadrupli est pura pena sponsalibus adiecta. Ergo Doctores alterentes reprobari penam sponsalibus adiectionem resiliens abuso causa hanc penam tenentur reprobare. Præterea in huncmodi pena eadem ratio prohibitionis videret procedere, ac procedit in cuiuslibet alterius penarum constitutione, cum te ipsa tempore contractus non tradatur, & ob timorem illius matrimonij libertas minui posset. Atque ita in hanc opinionem quamvis dubius inclinat Gregor. Lopez d. leg. 8. 4. in. 1. 8. part. 3. verbo, et sodis.

3. Sed verior est communis sententia iure canonico correctam non esse prædictæ penæ appositionem, ut pluribus firmat Sanch. disp. 3. 6. num. 1. Gutierrez. cap. 18. de matr. num. 17. Duaten. de sponsalib. ad tit. ff. soluto matrimonio, §. 4. in fine. Egid. de Coninch. disp. 2. dub. 3. num. 14. Basili. Ponce lib. 12. cap. 19. num. 2. Nam correctio legum vitanda est quod fieri possit, at ius civile expreſſe hanc penam arrhas adiectionem permitit, & omnem aliam, ut matrimonia libera sint, excludit. Ergo ius canonicum reprobans penam sponsalibus adiectis, intelligi debet de pena per se sumpta, & propria sponsalium, quæ a iure civili reprobatur, non de pena arrharum contractus coniuncta, & a iure civili approbata, ut sic iura iuribus conformata sint. Neque verum est eandem

esse rationem prohibitionis in hac pena dubli, vel quadrupli arrharum, ac eis in mera pena sponsalibus appofita, quia haec plerunque in magna quantitate erit, cum nihil tempore contractus tradatur, ex quo limitationem recipiat At pena dupli, vel quadrupli plerunque erit in exigua quantitate, cum ex arrh. traditis recipiat restrictionem.

4. Secunda difficultas, & grauior est, an haec pena dupli, vel quadrupli debeatur in foro conscientiae ante sententiam iudicis? Pendet huius difficultatis decisio ex illa questione, an pena conventionalis debeatur ante iudicis sententiam saltem declaratoriam? Quam laetè examinavi. 1. p. tract. de legib. disp. 2. pun. 3. ubi probabilius sensui non deberi ante iudicis sententiam, nisi aliud expressis verbis conuentum sit. Quapropter in presenti idem est dicendum non deberi penam dupli, vel quadrupli, quoique sententia iudicis accedit, neque satis est si à parte petatur. Et quidem de pena quam lex fin. Cod. de sponsalib. statuit, ut recipiens, nec tradens arrhas, si iniuste resiliat, reddat arrhas, & illarum valorem, communis sententia defendit telle Sanch. disp. 3. 7. num. 1. Gutierrez. de matr. cap. 18. num. 18. non deberi ante sententiam iudicis, quia non est pena conventionalis, sed legalis. Verum admitto non deberi ante sententiam iudicis, non quia est pura pena legalis, hoc enim non credo. Nam ut recte notauit Coninch. disp. 2. dub. 4. num. 18. lex illa non statuit ultra arrhas valorem reddere in penam alii cuius culpas sed ut qualitas in contractu seruaretur, ne tradens arrhas illas amitteret, nihil ex propriis amittens quillas recipere. At contrahentes præsumi debent contrahere iuxta æquitatem à iure prescriptam, ergo recipiens arrhas censensus est obligari ex contractu ad illas, & illarum valorem reddendum, ac proinde valor illarum debitum est non ex lege tantum, sed ea conventione, sed quia est conuentio de pena solvenda ob violatam fidem, id est sententiam iudicis requirit.

5. Solùm obici potest, tradens arrhas, & iniuste resiliens eas amittit nulla expectata iudicis sententia, ergo recipiens, illas illarumque valorem, & duplum, vel tripulum ex conventione debitum amittere ante sententiam debet: quia non est præsumendum tradentem arrhas velle se obligare ad illarum amissionem absque iudicis sententia, & non ut recipiens se obliget ad illarum valorem, & ad duplum, vel tripulum amittendum, alias nec sibi prospiceret, nec suam causam equam, & iustum faceret. Respondeo, hoc argumentum probare non solùm non esse expectandam sententiam iudicis, ut arrhas, illarumque valor, & duplum illud, vel tripulum reddatur, sed neque partis petitionem: nam si absque nouo consensu tradentis arrhas, & iniuste à contractu resiliens retinuerit ab eo quias resiliens sic absque noua illius petitione, illas, & earum valorem, & tripulum, & quadruplum conuentum reddere debet recipiens, si iniuste resiliat: hoc autem pauci sunt qui admittant. Nam communiter petitionem partis ut necessariam exigunt ad obligacionem iungendam, sicuti videtur est ultra Doctores in eo tract. de legib. relatios in Egid. de Coninch. disp. 2. dub. 4. num... Lessio cap. 20. n. 135. Basili. Ponce lib. 12. cap. 19. n. 5. Gutierrez. cap. 18. num. 19. Quapropter respondeo recipientem arrhas, & iniuste à contractu resilientem obligatum esse eas reddere nulla expectata sententia iudicis, neque partis petitione: qui haec non est pena contractus adiecta, sed est ipsius contractus natura, & essentia quippe natura pignoris in securitatem matrimonij contrahendi concessi petit ipso iure reddere ad concedentem, si per ipsum matrimonium non steterit, quia non abolutè donavit, sed sub conditione, quod culpabiliter, & iniuste committat contractus promissi executionem. At ultra pignus illius valorem reddere, & à fortiori duplum, & tripulum accidentarium est contrafacti, & solùm ex mutua conventione debitum, ac proinde in penam, si quidem minores contrahere possunt, & arrhas pignora recipere absque obligatione reddendi illiarum valorem, vel duplum, aut tripulum. Cum igitur expediens sit ut omnis pena conventionalis in illius executione legalem imiteatur, & haec sententiam iudicis requirat, illa etiam pena reddendi arrharum valorem, & duplum, vel tripulum, quæ conventionalis est, iudicis sententiam requirere debet. Neque præsumendum est aliter contrahentes velle, nisi aperte exprimant. Satis enim sibi prouiscent, & suam causam equam, & iustum reddunt, eo ipso quod recipiens arrhas, & iniuste resiliens eas statim reddere tenentur, & accedente iudicis sententia obligetur ad reddendum illarum valorem, & duplum, & tripulum.

### §. III.

De arrhis in remunerationem pudicitia, nobilitatis, & dotis sponsa traditis ab sposo, vel à viro vxori.

<sup>1</sup> Explicantur huiusmodi arrhae.

<sup>2</sup> An sponsa retinere arrhas possit, si virgo non sit.

<sup>3</sup> Affirma